BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Viertel 9. Jh.
Seite 173
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

sit aeternalit adfixus.

XLII

In ipsa hora exultauit spu sco & dixit confiteor tibi pat dne caeli & terrae.

Confessio non semp paenitentia sed gratiarum actionem significat. Ut in psalmis saepissime legimus. Audiant quisaluatorem non natum sed creatum calumniantur quod patrem suum uocet caeli & terrae dnm. si enim & ipse creatura est. & creaturae conditorem suum patrem appellare potest. stultum fuit non & sui & caeli & terrae dnm uel patrem similiter appellare.

Quod abscondisti haec a sapientib: & prudentib: & reuelasti ea paruulis.

Gratias agit & exultat in patre. qt apostolis aduentus sui aperiere sacramenta. quae ignorauerint scribae & pharisaei. qui sibi sapientes uidentur & in conspectu suo prudentes. Iustificata est sapientia a filiis suis. ubi pulchre sapientib: & prudentib: non insipientes & hebetes. sed paruulos id est humiles obposuit. ut p bar & se tumorem damnas se non acumen. quia haec est clauis de qua alibi dicit. Tulistis clauem scientiae hoc est humilitatem fidei xpi. qua addiuinitatis eius agnitionem puenire potentes spernentes abicere maluistis.

Etiam pater. quia sic placuit ante te.

His dni uerbis exemplum humilitatis accipimus. ne temere discutere supna consilia de aliorum uocatione. aliorum uero repulsione p sumamus. Cum enim intulisset utrumq: non mox retributionem reddidit. sed sic dno placitum dixit. hoc uidelicet ostendens. quia iniustum est non potest qt placuit iusto. Unde & in uinea mercedem laborantib: reddens. cum quosdam operariosinaequales in opere aequare & in pmio. & plus in mercede quaerat qui labori amplius insudasset ait. Non ne ex denario conuenisti mecum. Uolo autem & huic nouissimo dare sicut & tibi. aut non licet mihi qt uolo facere. In cunctis ergo quae exterius disponuntur. ap ta causa rationis est occultae iustitia uoluntatis.

Omnia mihi tradita sunt a patre meo.

Cum omnia legis omnipotentem agnoscis. non decolorem non degenerem patris. cum tradita legis. filium confiteris. cui p natuitem omnia unius substantiae lure sunt ppria. non dono conlata pgratiam. Omnia autem quae sibi tradita dicit. non mundi elementa quae ipse creauit intellegenda sunt. sed hii quib: paruulis spu sacramenta filii pater reuelauit. & de quorum salute idem filius. cum loquerentur spu sco exultauit. de quib: omnib: alias dicit. Omne qd dat mihi pat ad me ueniet.

Et nemo scit quis sit filius nisi pater. & quis sit pater nisi filius & cui uoluerit filius reuelare.

Non ita intellegendum est quasi filius. a nullo possit sciri nisi a patre solo pat aut non solum a filio. sed ab eis & iam quib: reuelauerit filius. sed ad utrumq: referendum est qt ait. & cui uoluerit filius reuelare. & ut patrem intellegamus. & ipsum filium